



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

In Festo S. Bennonis Episc. Conf.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

vertentur, difficillimè salvabuntur. *Mense II.*  
*Disc. 38. pag. 110. à num. 4. ad finem.*

## IN FESTO S. BENNONIS EPISC. CONF.

I.

*Euge serve bone & fidelis. Matth. 25.*

Puto, servum bonum esse, qui Domini sui voluntatem explet obediendo; fidelem verò, qui pro Domino pugnat, jura illius defendendo. S. Benno à pueritia semper sub obedientia vixit *servus bonus*: factus verò Episcopus persecutioes gravissimas constanter sustinuit, quia Imperatori constanter restitit, ac imperterritus jura Ecclesiæ defendit *servus fidelis*. Pretiosa est constantiæ virtus, quæ nullo impedimento repulsari se patitur. Verùm hæc ipsa, sicut facillimè perditur, ita sollicitè nobis custodienda est. *Mense IX. Disc. 253.*  
*pag. 144.*

2.

*Tradidit illis bona sua. Matth. 25.*

Etsi Deus ubique præsens gubernet omnia, tamen ut servorum suorum gloriam augeat, & majestatem suam ac magnitudinem ipsa ministerii potestate demonstret, tradidit illis bona sua, commisit eorum vigilantiæ custodendas provincias, conservandas in flore, defendendas in necessitate. Talis est S. Benno, cuius ad patrocinium fugere nos oportet, ubi maxi-

CONCIONATORIUS. 219

maximè annonæ caritas nos affigit. Immittitur hæc populis calamitas à divina justitia: quæramus ergo, qui pœnam mitigent, potentes patronos. *Mense IV. Disc. 116. pag. 450. ad num. 11.*

3.

*Tradidit illis bona sua. Matth. 25.*

Gaudent sancti cælites commissâ sibi tuendi provinciam quamdam facultate, neque segniter officio suo funguntur. Damnabilis ergo est eorum hominum malitia, qui superis inopiam aut annonæ difficultatem aliámve calamitatem à nobis amovere laborantibus quasi manus injiciunt, & malum tam grave aggravant per turpem avaritiam, ac barbarem crudelitatem. *Mense I V. Disc. 116. pag 463. à num. 11. ad finem.*

4.

*Et profectus est statim. Matth. 25.*

Quare additur, profectum esse dominum *statim?* Præviderat fortè, acceptis domini bonis diversos fore servorum sensus: & revera alii negotiabantur, alius male contentus uno talento abscondebat illud. Mirum non est, audire illum noluisse murmura, & abiisse statim. Utinam statim abirent omnes, ubi linguis vitiosas audiunt, maximè libidinosas ac impuras. His auditis ut abeamus statim, incitabimur considerando, quæm noxii & inexcusabiles sint sermones impuri. *Mense VIII. Disc. 243. pag. 485.*

IN